

et dicit. Non est homo iustus super  
terram qui faciat bonum et non  
peccet. Et iterum. Si plures peccauerit.  
non enim homo qui non peccet  
et quis gloriabitur castum se habere  
cor. et non est mundus a sordibus. nec  
si unius diei fuerit uita eius.  
Unde et dicit. Ecce enim iniquita-  
tibus conceptus sum. et in delictis  
peperit me mater mea. Et in alio  
psalmo. Non iustificabitur in consp-  
ectu tuo omnis uiuentis. Quod et  
testimonium sub nomine picta-  
tis noua argumentatione de-  
ludunt. Auunt enim ad com-  
parationem dei nullum esse perfectum.  
quasi scriptura hoc dixerit. Neque  
enim ait. non iustificabitur ad com-  
parationem tuam omnis uiuentis. sed non  
iustificabitur in conspectu tuo  
omnis uiuentis. Quando enim  
dicit in conspectu tuo. hoc intel-  
ligi uult. quod etiam qui homini-  
bus sancti uidentur dei scientie atque  
noticie nequaquam sancti sunt.  
Homo enim uidet in facie. deus in  
cordibus. Si autem scientie et omnia  
contemplante. que cordis archa-  
na non fallunt. nullus est iustus.  
perspicue ostendit hereticos non  
hominem in excelsa sustollere. sed  
dei potentie derogare. Multaque

alia que si deceptoris sanctis uolue-  
ro congregare. non dicam epistole.  
sed uoluminis excedit quod modum.  
Hic noui asserunt qui in huius  
modi sibi applaudentes perfidia.  
simplices quidem in doctosque  
deciipiunt. sed ecclesiasticos uiros  
qui in lege dei die ac nocte me-  
ditantur. decipere non ualent. Pu-  
deat eos principum et sociorum  
suorum qui auunt posse homi-  
nem sine peccato esse si uelit. quod  
græce dicitur anamarcton. Et quia  
hoc ecclesiarum peruenit aures.  
ferre non possunt. simulant se  
sine peccato quidem dicere.  
sed anamarcton dicere non audere.  
quasi aliud sit absque peccato.  
et aliud anamarcton. et non  
græcum sermonem qui apud  
illos compositus est duobus uerbis  
sermo latinus expresserit. Si  
absque peccato dicitur. et anamar-  
cton esse dicere difficeris. dam-  
na gratias qui anamarcton pre-  
dicant. Sed non facit. Hosti enim  
quid intransitus discipulos tu-  
os doceas. aliud ore commemo-  
rans. et aliud celans conscien-  
tia. nobisque et alienis. et indoctis  
loqueris per prophetas. tuis autem  
miseria confiteris. Sed ut dixere



483, 20